Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 1089
Quelle:
Copyright:

invenies inter *Hieronymi* rejectanea T. XI. *col.* 288.

Codici praetexta sunt Folia 2. Initium *Corn. Nepotis* Sec. XV. exhibentia, ea calami elegantia, ut, siquidem plus Operis extaret, infinitis Codicibus *Pseudohieronymianis* praeferendum foret. Incipit vero Fragmentum: *Non dubito fore plerosque, Attice* &c. et in *Miltiade* his verbis abrumpitur primum folium: *Colonos uellent mittere, cuius ge* —. Folium alterum ab his *Themistoclis* verbis: *tudo nauium explicari non potuerit* &c. ad haec pertinet: *adire magistratus uoluit et dedit operam* —. Mendis non caret Exemplum; legit tamen in Prooemio: *tota fere fuit Graecia* pro *tota fuit Graecia;* item *nostris sunt decora* omisso *moribus;* item *et in hoc exponemus libro de uita excellentium imperatorum* pro *vitas excellentium imperatorum.* In Themistocle: *qua negarent oportere* pro *qua re negarent oportere*, et *muros instrui* pro *strui.*

CCCCLIII.

U. 225 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 120. 4. probe scriptus, et hanc rubricam praeferens: *Iste libellus est dominorum stipendiatorum domus Rubee rose*, continet *Epistolam Eusebij ad Damasum Portuensem Episcopum de morte gloriosi Jeronimi* &c. Dein *fol.* 59. *Epistolam S. Augustini ad beatum Cyrillum Jerosolim. Episcopum de magnificentia* ejusdem *Jeronimi* &c. Demum *fol.* 70. Responsum *Cyrilli de laudibus* ejusdem, ψευδεπιγραφα illa et conficta, saepius in his Commentariis relata, et jam praedicto Seculo non semel prelo prodita.

CCCCLIV.

Codex chartaceus germ. boh. R. 3029 Sec. XIV. Folior. nunc 208. f. per duas columnas non una manu, maximam tamen partem, luculente perscriptus, et coloribus, praefixaque rudi Pictura D. *Hieronymi* ornatus continet sequentia: I. Trigam illam Epistolarum de B. *Hieronymo* subpositam *Eusebio, Augustino* et *Cyrillo Hierosol.* saepius latine editam, et a me utroque *Vol.* relatam, hic vero germanice versam ab *Johanne de Novo Foro* Ep. *Olomuceno*, cujus Praefationem, non possum, quin adscribam. *Der durchleuchtigen fürstinne vnd frauwen frauwen Elizabeth Marcgraffin czu Merhern meiner gnedigen sunderlichen frauwen Enpeute Ich Johannes von gotis gnaden Bischoff czu Olmüntz dez Romischen keysers Cantzler Mein demütiges gebete In dem heyligen namen des almechtigen gotis. Gnedige frauwe! Seint den hohen lerer Augustino vnd dorczu die wirdigen Bischöff vnd gelerten meistir sant Eusebio vnd Cirillo düncket, daz menschen hertzzen menschen czungen vnd alle vorunft nicht vollensagen, odir bedencken mogen sant Jeronimus grozze wirdikeyt, domit in der almechtige got hat so mildiclich begabet, mit welcher kunheyt schol ich seines*